



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Svmmorvm Pontificvm Romanorvm Continvata Svccessio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233



SÆCULVM TERTIVM CHRI- STIANO-HÆRETI- CVM.

SVMMORVM PONTIFICVM ROMANORVM
CONTINVATA SVCCESSIO.

17. S. **Z**EPHYRINVS, *anno*
203. creatus Papa, Na-
taliū quendam ab
hæresi Theodosiana
reducem abtulit, *an.* 206. quæ Theo-
dosiani 30. denarijs mensuris corrup-
rant, vt eorum sese sineret sectæ creari
Episcopum. Sed nocte tota flagris cæ-
sus ab Angelis, (cum factam prius sibi
visionem, vt respiceret, neglexisset) re-
spuit, in sacco, cinere, fletu ad pedes Pa-
pæ adreptans. At *anno* 213. excommuni-
cavit hæresum diuersarum præcipuos
propugnatores, vt Proculum Tertul-
lianum &c.

An. 221. Martyriū consummat, cum
sedisset annis 18, diesque totidem.

18. S. CALLISTVS I. succedit *anno*
221. verum *an.* 225. diu fame in carcere
tortus, cæsus fustibus quotidie, demum
è fenestra in puteum subiectum præcipi-
tatus martyriū finiuit vitam. Domus ea
dein versa in templum: est. *IEIUNIVM*
quatuor temporum ab Zacharia, cap. 8.
prædictum, ab Traditione Apostolica
introducitur, roborauit Scripta Con-
stitutione. Fecit Ecclesiam B. V. Mariæ
trans Tiberim, petita licentia ab Imp.
Alexandro: quod ibi in taberna mē-
ratoria, die natali Christi tota, *fons olei*
manasset. Sedit *an.* 5. mensem vnum,
dies 12.

19. S. VRBANVS *an.* 225. surrogatus,
subit martyriū *anno* 233.

Fig.

Fieri sacra vasa omnia iussit argentea: contra illud Alexandri Imp. è Persecutio: *In Sanctis quid facit aurum?* Sedit anno 6. M. 7. d. 4.

20. S. PONTIANVS Romanus, successit an. 233. relegatur ab Imp. in Sardiniam, martyrizatur anno 237. Sedit an. 4.

21. S. ANTERVS fit Pontifex, annoque eodem à Praefectis Urbis occiditur, quod S. Martyrum gesta diligenter à Notarijs exquireret, & in Acta referret. Sed & VII. Notarijs Astorum praefecerat VII. Urbis Diaconos Cardinales. Sedit annum vnum.

22. S. FABIANVS Romanus, an. 238. cum in deligendo fratres inter plures deliberarent, nemine de Fabiano cogitante, is improuisè ab deuolante columba infessus, ab vniuersis acclamatur Pōtifex Max. An. 244. erigit aedificia supra S. Martyrum cryptas ad eos honorandos amplius.

Anno 242. Priuatum hæreticum, in Concilio de multis conuictum, anathematizat. Anno 246. Philippum Imp. à Pontio Praefecto conuersum, baptizat. Deinde ob graua delicta arect ecclesiam ingressuram; iuberque prius eum stare inter publice pœnitentes, ac confiteri. Et fecit mandata Imperator: teste Eusebio l. 6. c. 27.

Anno 253. à Decio trucidatur pro fide vna cum Imperatore; cum sedisset annis 15. Sancit quotannis Chrisma renouari oportere. Communicari ter in an.

23. S. CORNELIUS Romanus, post annalem Sedis Rom. vacationem, eligitur in Papam, an. 254. ipso in actu persecutionis Decianæ; eoque ardentior desiderio martyrij ferebatur; vel maxime ta-

men viri zelum exercebat Nouatus, Africanus autor schismatis contra S. Cypr. differentem recipere lapsos: quos orta ab eius diacono Felicissimo factio voluit esse recipiendos; & huc incitabat Cōfessores contra, quam vetuerat S. Cypr. excommunicato Nouato, S. Cornelius tamen Romæ facilis erat in recipiendis. Nouatus Romam aduolans, vt suæ sectæ Papā creari procuraret, venit creato iam S. Cornelio: itaque Nouatianū à tribus inaugurari episcopis efficit Antipapam & Hæresiarcham, de lapsis non recipiendis, &c. Hic Papæ calumniator refutatur à S. Cypriano. Cornelius cum Concilio Rom. definit lapsos quidem recipiendos; sed Clericos cum suspensione ab officio, & ad laicam communionem. De quo & ad Cyprianum scribit, qui habito Concilio addit Supplicationes petentiū recipi esse mittendas Romā. An. 255. Gallus Imp. iubet exulare Cornelium, quod in cryptis Missas celebrare insisteret. Reductus Romam iussus sacrificare Marti noluit, ducendus quinquenno paralyticam Sallustiam sanat, cumque tota domo baptizat: capite plectitur, cū sedisset, annis duob.

24. S. LVCIVS, ob fidem licet captus, fit Papa: reduxque Romam idola spernit anno 256. Sed anno 257. profide plectitur capite: ordinans dum ducitur, ne vsquam Episcopus iret absque tribus Diaconis; idque ob calumniam à Nouatiano factam S. Cornelio, Sedit annis fere duobus.

25. S. STEPHANVS Romanus, Lucij Archidiaconus, ei succedit an. 257. An. 258. damnat sententiā de rebaptizandis hæreticis; nam hunc Nouatianismum

in Hispania serpentem Episcopi ad Pam retulerant; petierantque Episcopum Arelatensem Marcianum autorem deponi. Item de ijs decreta Concilij Africani antiquabat. *An. 59.* Ecclesia Orientis cum Romanâ reconciliatur, in causa de recipiendis lapsis, & non rebaptizandis hæreticis; cui & acquieuit S. Cyprianus; licet persecutione interueniente se scripto. valuerit declarare. Qua in persecutione Valeriana totus Clerus paratus est mori cum S. Stephano per baptismum sanante cæcam filiam Nemesij Tribuni item baptizati eum plurimis; sed & affectis martyrio: In quibus Sempronius Nemesij bonorum procurator statum martis dixit: *Conterat te D. IESVS Christus: Et sensim liquefactum simulacrum defluxit; quo conuersi multi.*

An. 260. Nolens sacrificare precibus templum Martis dei; iicit, oppressis Valeriani Satellitibus, ac dispersis, ipso cum clericis illæso: digressus inde sacrificat; inque sede sua ab missis spiculatoribus trucidatur, cum sedisset annos 3. mens. 3.

26. S. SIXTUS II. *an. 260.* sublectus decretalem ad Episcopos Hispaniæ scribit de accusatione Episcoporum, *an. 261.* capite plectitur, cum sedisset anno 1. M. 2.

27. S. DIONYSIVS *anno 261.* Succedens, *an. 264.* Paulum Samosatenum Episcopum fingentem in Deo Vnitatem personarum; Christum merum hominem; sed iustum; &c. refellit, ac condemnat: & Vixit *an. 272.* cum sedisset annis 11. M. 3. Parochias, & dioceses constituit.

28. S. FELIX Romanus fit Papa *an.*

272. Sabellij & Samosateni hæresim contra Diuinitatem Christi, per epistolam ad Episc. Alexan. refellit atque condemnat. Traditionem, non scripto, sed vsu conseruauit illam, vt supra Memorias Martyrum Missæ celebrantur. Sedit *an. 2. M. 5.* factus Martyr profunde, *an. 273.*

29. S. EUTYCHIANVS Succedit *an. 273.* Cū per diuersa loca 342. martyres suapte manu sepelisset, *an. 283.* mart. 110. coronatur. Hic Manichæis obnitens, dicentibus, creaturas terrenas à malo principio exortas esse execrandas, decreuit fruges, vvas, &c. in ara benedicere. Item Martyres cum dalmatica aut colobio sepeliendos. Sedit *an. 9.*

30. S. CATVS surrogatur, *an. 284.* Martyrizatur *an. 294.* Sedit annis 12. M. 4. Sanciuir, vt quod hætenus ex nō scripta Traditione in tota ecclesia seruatum est, dein ex lege à se scripta seruaretur: in his, vt ad Episcopatum ascenderetur per Ordines singulos gradatim.

31. S. MARCELINVS Romanus tublegitur *an. 296.* Romæ in Vestæ thūsæ oleuisse torturæ metu, conuictus in Conc. Synuesano testibus 72. Cum autem summus Iudex & Pontifex à nemine iudicaretur; vt Patres respondebant, idcirco seipsum damnat ad penitentiam. Adoleuisse tamen eum negat S. Aug. contra Donatistam Petilianum.

Vt vt id fuerit, Martyrium subiit *an. 304.* cum pluribus capite p'exus. Sedit *an. 8.*

* *